

1. Obscurè & nihil respondere paria sunt. *a. L. 11. §. 5. 7. ff. b.*
 2. Nemo cogitur ante iudicium de suo iure respondere. *L. 1. §. 1. ff. b.*

3. Iudex interrogationem partis facere potest, ubique ipsum æquitas movet. *L. 21. ff. b.*

TIT. II.

De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

Est connexitas controversiarum, propter quam ab eodem iudice cognoscendæ & decidendæ sunt, ne molestiæ litium multiplicentur. *a. l. 10. C. d. judic.*

Idem Iudex aditur ob

Continentiam Causarum, quæ

Prove- nit

1. Ex Generalitate Actionis competentis coram Iudice omnium proximè superiore, eò quod diversa Jurisdictioni subjecta sunt vel Plures

Res, de quibus contenditur. *a. l. 1. ff. b.*
 Personæ, quæ conveniuntur. *L. 5. C. arbitr. tut.*

Quod

Ampl. etiam si unus habeat fori privilegium, unde Princeps, qui gaudet jure Aulregarum, quando cum subditis suis tanquam consortibus litis convenitur, privilegio isto non fruitur, sed in Camera respondere tenetur. *R. J. d. A. 1600. §. 24.*

Captiosè fiat reorum conjunctio ad defraudandum unum pluresve ex iis prima instantia. *a. L. 37. §. 1. ff. d. min.*

Limit. Actiones competentes sint diversæ: ut puta cum unus ex emto, alter ex locato convenitur. *a. d. l. 5.*

Jurisdictionum inde metuenda sit confusio: ut si ex mutuo obligatus sit Laicus cum Clerico, & ille ad ecclesiasticum trahatur forum. *a. l. 12. §. 1. ff. d. reb. aut. jud. poss. j. l. 23. C. d. testam. Dn. Swend. ad Fib. Proc. p. 310.*

2. Ex singulari Cognatione

Juris & facti: sic possessorium & petitorium ab eodem iudice decidi debet. *L. 10. C. d. jud.*
 Puncti præjudicialis cum causa principali, quando, hoc prætermisso, principalis causa dirimi nequit: tunc igitur causa præjudicialis quoque in eodem iudicio tractari potest. e. g. si fidejussor conventus opponat exceptionem divisionis & de eo quærat, an confidejussores solvendo sint, nec ne. *l. 2. ff. b.*

Obtinet

In causis civilibus & criminalibus: ut si violator pacis publicæ ad poenam criminis sustinendam, & damnorum restitutionem faciendam, conveniatur in Camera. *O. C. Part. 2. t. 9. §. 5.*

Jure

Civili ex necessitate, siquidem in eum, qui dolo causas connexas divisit, poena ex officio iudicis statuenda fuit. *L. 10. C. d. judic.* non tamen causa cecidit. *d. l. Laut. Concl. for. Ex. 21. th. 3.*
 Hodierno, tum demum, quando reus Exceptionem Continentiæ ante litis contestationem opposuit: nam qui eadem prætermissa litem contestatus est exceptioni suæ renunciasse videtur. *a. C. 20. X. d. sent. & re jud. Gail. l. 1. Obs. 32. n. 13.*

- 1. Actio competens adversus plures personas, vel diversæ jurisdictionis, ab initio coram iudice omnium superiore proponi potest. *a. L. 1. ff. b. L. 5. C. arbitr. tut.*
- 2. Causæ continentes (ut possessorium & petitorium)

coram eodem iudice definiendæ sunt. *L. 10. C. d. judic.*

- 3. Exceptiones dilatorias ante litis contestationem non opponens subeundo iudicium iisdem renunciasse videtur. *C. 20. X. d. sent. & re jud.*